

hatur, ut patet ex Censura Doctorum Lovaniensium supra adducta. Unde licet ab aliquibus recentioribus Casuistis probabilis & tuta in praxi existimetur, ut talis censeatur non debet. Maxime quia cum illi Casuistae in tam multis deliraverint, & in tam horrenda incidere opinio-nem potentia, quae infra referemus, in quibus manifesta depravatio rationis appareat, merito in aliis etiam minus manifestis, corrupti iudicii suspecti sunt, sub- iudaeque eorum auctoritas non sufficit ad reddendam probabilem & in praxi tutam opinionem illam, quae ad probabilitatem alienius sententiae, unius tantum Auctoris suffragium sufficere asseverat.

71 Ad quod, licet auctoritas decem vel quindecim Do- cto-rum sufficiat ad reddendam probabilem opinionem circa materiam aliquam particularem, non tamen in qua- stione de opinione probabilis, ut sic, quia ipsa est funda- mentum doctrinae moralis praecipuum: ad principia autem praecipua Theologiae moralis stabilienda, maior requiritur auctoritas, & numerus Doctorum, quam ad reddendam probabilem opinionem, quae circa materiam aliquam particularem versatur: sicut in politicis videmus pro ma- jori vel minori momento rerum iudicandarum, majorem vel minorem requiri iudicum numerum, & leges funda- mentales regni non posse nisi a generalibus illius comiti- bus statui vel abrogari.

72 Objicies tertio: Si aliquis homo simplex & ignarus du- bitet an aliquis actus licitus sit, potest consulere Parochum, vel Confessarium, aut alium virum doctum ac probum, & iuxta conscientiam ejus consilium & resolutionem sequi, juxta illud Deut. 32. Interroga Patrem tuum, & annuntiabit tibi, Majoris tui, & dicit tibi. Unde Albertus Magnus relat- us de D. Antonio f. p. tit. 3. cap. 10. §. 10. haec scribit: *Er- rat simplex, vel quilibet homo, cum saluta potest sequi in consilio quacunque opinionem voluerit, dummodo alienius Doctoris magni opinionem sequatur.* Et Joannes Major in prol. 4. sent. sic habet: *Marcator autem & rudis nescit inter eorum opiniones differere, qui rationalibus loquantur, sed sufficit ei credere deus asserentibus, qui natus scriptis dan- nare: sed cupias prodesse, & bene dicere.* Ergo unus viri docti & probi auctoritas sufficit ad reddendam opinionem aliquam in materia morum probabilem.

73 Respondeo, concessio Antecedente, distinguendo Con- sequens: Sufficit ad reddendam opinionem aliquam probabilem simpliciter & absolute, nego: secundum quid & respective, respectu scilicet alicujus particularis idio- te & ignari, concedo. Nam ad probabilitatem illam respec- tivam, non solum unus viri docti & probi auctoritas, sed etiam unus sufficit aut mulierula testimonium interdum sufficere potest: si enim puer aut puella rustica dubi- tet an aliquid licitum sit, & Parochum aut Confessarium adire non vacat, potest interrogare parentes, & eorum consilium-tuta conscientia sequi; quia licet eos forte tunc errare contingat, puer aut puella eis obtemperans, ratio- nem ignorantiae invincibilis, & bene dicere. Ergo unus viri docti & probi auctoritas sufficit ad reddendam opinionem probabilem, non est quaelibet de probabilitate respectiva & secundum quid, sed de absolute & simpliciter tali, quam non solum idio- te & ignari, sed etiam docti & sa- pientes, tuta conscientia sequi possunt.

74 Ex dictis hactenus facile intelliges, largiores Probabi- litas vix posse excusari a tribus pessimis ad quae homi- nis inducunt. Nam primo eos amovet a studio veritatis, dum ex delectu minus probabilis, illos docent sectari quae minus ad veritatem accedunt. Secundo ab odio peccati super omnia detestandi retardant, dum eos peri- culo Deum offendendi exponunt. Tertio a remediis effi- caciorebus consequentibus salutem eos elongant. Atqui his tribus titulis, quibus Christus summe gloriatur, in Evan- gelio, cum ait: *Ego sum veritas, via & vita*, se valide opponunt. Nam ut veritas, vult nos ab errore qua pos- sumus diligentia recedere; ut via, optat nos ab omni specie peccati abstinere; & tandem ut vita, cupit nobis remedia efficacissima ad turpia vitanda exhibere: haeque de causa videtur in mundum istum advenisse, ut vitam abundantius habeant, ut eleganter ait P. Vincentius Ba- ronius in sua Theologia morali adversus laxiores probabi- litas. Ut autem haec veritas magis eluceat, & veluti ad oculos pateat, placeat hic describere brevem probabi- litatis synopsin, in qua novorum Casuistarum excessus, pluresque ipsorum assertiones, ex eorum libris fide- liter excerptas, in parva tabella exponam.

ARTICULUS V.

Probabilitatum monstrum.

75 **R**Esse ait D. Thomas q. 18. de verit. art. 6. ex Com- mentatore in 3. de anima, quod *falsa opinio ita se ha- bet in cognoscibilibus, sicut monstrum in natura corporalis: est enim falsa opinio proveniens prae intentionem ipsorum prin- cipiorum principiorum, quae sunt quasi virtutes feminales co-*

gnitionis; sicut monstrum evanescit prae intentionem virtutis naturalis agentis; & hoc ideo, quia omne malum est prae intentionem, ut dicit Dionysius 4. cap. de divinis nominibus. Unde sicut in conceptione humani corporis in statu innocentiae nulla monstruosa accidit: ita in intellectu hominis nulla falsitas esse potest. Ex quo Angelici Doctoris discursu liquet, quod sicut in statu naturae lapsae plures accidunt in huma- nis corporibus defectus & monstruositates, ita & in animis plura opinionum monstra ex ignorantia veritatis generantur, juxta illud Tertulliani lib. 2. de Nativ. Varietas opinio- num venit ex ignorantia veritatis. Sed nusquam tot & tam horrida probabilitatum monstra in materia morum visa vel audita sunt, quam hoc nostro saeculo, in quo, ut lepide ait quidam Recentior, exorta est densissima no- vorum Casuistarum nebulas, qui tanquam Aegyptiacae ran- nae, vel locustae, in Ecclesiam incubuerunt; & nihil pe- ne intactum, ac in moribus integram reliquerunt; ut ex sequentibus asserentibus, ex eorum libris fideliter ex- ceptis, & a Prospero Paganano, Joanne Sinnichio, & Parochis Parisiensibus, in probabilitatis synopsi, quam Epi- scopis Galliae obulerunt, diligenter & accurate correctis, manifeste patebit.

§. I.

Assertiones Caramellis referuntur, ac reselluntur.

I.

TAm clarum videtur fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, & solum esse malam, quia inter- dictam, ut contrarium omnino rationi discerni videtur. (3) Caram. lib. 4. Theol. moral. num. 1598. & in Theol. fund. n. 1171. editionis Francof. ubi sententiam oppositam, quam fatetur esse D. Thomae & discipulorum ejus, ait se non audent nominare probabilem.

Sed haec assertio non solum falsa, & improbabilis, sed etiam erronea, & haeretic proxima censebatur, ut docet Soto lib. 5. de iustitia & iure q. 3. art. 5. ubi sic ait: *Dicere fornicationem non esse, contra jus naturae, error est haeretic proximus. Nam consequens inde proximum ferret, Certius ab- se legem scriptam non fuisse delictum, quia vero neque post scriptam, quia lege Moysaica non reprobatur.*

Simile argumentum fieri potest de Turcis & Mahome- tanis, alicujus infidelibus, cum enim jus positivum quo fornicatio prohibetur in sola Scriptura sacra sit conten- tum, subindeque ab ipsis invincibiliter ignoretur, si illa iure naturae prohibita non sit, quis Turca vel in- fidelis, non dico habebit aut tardi ingenii, sed non mi- nus acris & excellentis ac ipse Caramel, nefando illi crimini se prostitutus, argui poterit de peccato, ac de eo iuste in hac vita vel in futura puniri? Si hoc con- sequens Adversarii displicet, audiat illud Augustini ad Pollentium lib. 2. de adulter. conjugis cap. 4. *Hic tu qui- dem non sentis, sed hoc sequitur illa quae sentis. Mala ergo antecedentia, si vis curare sequentia.*

Deinde contra eandem assertionem urget ratio D. Tho- mae 2. 2. q. 154. art. 2. *Fornicatio cum sit concubitus vagus, impote prae matrimonium exiens, est contra bonum prolis educandae: Ergo est contrarius naturae, quae culpam car- nalem ad prolis generationem ordinat, & congruam ac convenientem ejus educationem.*

Nec valet quod ait Caramel, antequam Martini de Magistris crambem recquens, sepe contingere prolem fornicarie conceptam bene nutriri ac educari, immo me- lius quam alias multas per copulam conjugalem concep- tas. Non valet, inquam, quia, ut ait Soto loco cita- to: *Abus existimandus est ex natura, & non ex accidente: alioquin matrimonium non esset vinculum naturale ad convenientem prolis educationem ordinatum, quia ali- quando accidit, ut conjuges, neque facultatem habeant, neque voluntatem eam educere.* Unde Divus Thomas hanc Caramellis instantiam providens ac praeveniens, post verba relata subdit: *Nec obstat si aliquis fornicando ali- quam cognoscens, sufficienter provideat proli de educatione; quia id quod cadit sub legis determinatione, iudicatur secundum quod communitur accidit, & non secundum id quod in aliquo casu potest accidere.*

II.

Mollities iure naturae prohibita non est, unde si Deus eam non interdixisset, sipe esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali. (b) Ita idem Caramel in Theologia morali num. 1603. ubi de hoc crimine pessimo, non aliter philo- sophatur, quam de minoratione sanguinis, aut de usu pomi, alicujusque actibus de se bonis, aut indifferentibus: unde ibidem num. 1605. comparat mollitiam cum usu pomi ve- titi, dicens: *Ejum poni alias indifferenter primis homini- bus interdixit Deus, quia voluit, & potuit, impote verum univ-*

(a) Haec proposita damnata sunt ab Innoc. XI. diei, Martii anni 1691. (b) Haec proposita damnata sunt ab Innocentio XII.

univ-ersarum Creator, & Dominus: Semini etiam effusionem inhi- bet, non quod ipsa sit mala ante praeciptum, sed quod ipse sit Dominus, nos servi: ipse Creator, nos creatura; ipsi com- parat precipienda auctoritas, nobis obedienda gloria relicta sit. Addit denum ibid. num. 1607. *Mollitiam, sodomiam, bestialita- tes, sunt peccata ejusdem speciei infamia. Quod adeo certum & manifestum existimat, ut dicat contrarium sententiam vi- deri errorem in Philosophia.* Ex quo manifeste sequitur, juxta illius principia, non solum mollitiam, sed etiam sodomiam & bestialitatem, non esse malas ab intrinseco, nec iure naturae prohibitas; quia si sint ejusdem omnino malitiae speciei, eodem iure debent prohiberi.

76 Sane mirum est in viro docto & religioso sic extingui posse communissimas honestatis & pietatis notiones, ut haec ipsi non solum probabilia, sed etiam certa videri po- terint. Nam quantum haec, non a castis aetibus solum, sed etiam ab ipso lumine naturali aliena sint, agnovimus: Ethnici ipsi, qui non tantum bestialitatem, aut sodomiam, horridisque illas libidinum furias in corpora, in sexus, ultra iura naturae, quae non tantum crimina quam monstra dicenda sunt, ut ait Tertullianus, sed ipsam pietatem mollitiam, acriter re- prehenderunt, ut Martialis lib. 9. Epigramm. 42. ubi in Ponticum se pollutum esse invehitur:

Hoc nihil esse putas? scelus est, mihi crede, sed ingens, Quantum vix animo concipis esse tuos; Ipsam crede tibi naturam dicere venum: Ipsi quod dignis Pontice parat, homo est.

77 Dolendum sane cessat naturam Christianum Doctorem, quod Poeta Gentili, & alias in moribus suis depravato, non occurrat: his enim verbis, non solum aperte docet mollitiam esse de se malam, & naturae repugnantem, sed etiam rationem fundamentalem, qua communiter utuntur Theologi ad id probandum insinuat. Nam sicut verba ex sua natura ordinantur ad manifestationem mentis, ita semen generat ad propagationem prolis: unde sicut uti verbis ad fallaciam, est peccatum contra ordinem naturae; ita uti semine ad sterilem lasciviam, est de se malum, & ordini ac institutioni naturae repugnans. Quapropter tam est impossibile ut mollities aut sodomia congruant nature humanae, quam est impossibile, quod mendacia ei convenient. Nec refert quod possit mollities aut sodomia alicui ad sanitatem corporis prodesse; potest enim & men- dacium alicui similiter ad salvandam vitam deservire: Si ergo id non sufficit ut mendacium dicatur aliquando li- cere: profecto non sufficit, ut mollities, aut sodomia, ac similia libidinum monstra, aliquando censentur esse licita. Unde Augustinus in Enchirid. cap. 23. sic ait:

*Nec ideo nullum mendacium putandum est non esse pec- catum, quia postquam aliquando alicui prodesse men- ditatio; postquam enim & furando aliquando alicui pro- desse, si pauper cui palam datur, sentit incommodum; & dives cui palam tollitur, non sentit incommodum; nec ideo tale furtum quicumque dixerit non esse pecca- tum. Postquam & adulterando prodesse, si aliqua, nisi ad hoc ei consentiat, appareat amando mortura, & si vixit penitendo purganda: nec ideo peccatum ne- gabitur esse tale adulterium. Quod si ita est de adul- terio, quanto magis de flagitiis contra naturam, quae im- munita sunt? Unde idem S. Doctor lib. 3. Contest. c. 8. ait: *Flagitia quae sunt contra naturam, ubique ac sem- per detestanda quaeque puniendi esse, qualis Sodomitarum fuerunt: quae si omnes gentes scirent, eodem crimina reatu divina lege tenerentur, quae non sic fecit homi- nes, ut si illo atterentur modo: violatur quippe ipsa societas, quae cum Deo nobis esse debet, cum eadem na- tura, ejusque illi Auctor est, libidinis perveritate pol- luitur.* Quem Augustini locum corpori Juris canonici habemus insertum cap. Flagitia 38. quaest. 7. eoque utitur D. Thomas 2. 2. q. 154. art. 12. ad 1. ad probandum quod in peccatis contra naturam, in quibus ipse ordo naturae viola- tur, sine injuria ipsi Deo ordinatori naturae. Unde mirum est, Caramelem autem fuisse asserere, mollitiam, sodomiam, & bestialitatem, nequaquam ex natura sua, sed ex superve- niente duntaxat positivo Dei decreto, malitiam habere: cum passim apud omnes doctos, pariter & indoctos, communi consensu, antonomastice dicantur peccata contra na- turam: ideo utique, quia adversantur humanae naturae, non solum secundum specificum gradum humanitatis, sed etiam secundum genericum gradum animalitatis: *Manifestum est* (inquit S. Thomas in cap. 1. ad Rom. lect. 8.) *quod secundum intentionem commixtio sexuum in animalibus ordinatur ad actum generationis. Unde omnis commixtionis motus, ex quo generatio sequi non potest, est contra naturam hominis, in quantum est animal. Praemiserat ibidem ejusmo- di peccata vocari ab Apostolo passio ignominiosa, quia pro- prie passio dicitur, quando aliqua trahitur extra ordi- nem naturae, puta cum aqua calefit: per hujusmodi vero peccata homo recedit ab ordine naturali: Dicuntur autem passiones ignominiosae: tum quia non sunt nomine di- gna: tum etiam quia cum perialia peccata carnalia homo ad naturam & conditionem brutorum dejiciatur, per pec- cata contra naturam a natura etiam bestiali decidit. Quis**

igitur dicere audeat, illud ex natura rei esse bonum ho- mini, & obligatorium sub peccato mortali, quod deprimit humanam naturam non solum infra gradum suum, sed etiam infra gradum animalis?

Ado ex hac Caramellis sententia, tria sequi absurda & inconvenientia. In primis enim, cum lex positiva non obliget, nisi eos quibus manifestatur & intimatur, si mol- litias, & sodomia solum lege Dei positiva sint prohibita, confectarium profecto est, eos omnes non peccare, nec peccasse, effundendo semen per mollitiam, & sodomiam, quibus Deus suam legem ea flagitia vetantem non intui- navit. Unde, juxta Caramellis sententiam, tametsi Is- raelite post intimatam sibi legem Dei vetantem praedicta flagitia, peccassent ea perpetrando; cetera tamen nationes, quibus judicis sua Deus non manifestavit, nequa- quam peccassent ea perpetrando; nec adhuc hodie pec- casset quotquot per ignorantiam positiva Dei legis eis assuescunt: immo nec Onan filius Juda peccasset, dum incestuosus ad uxorem fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur, ut dicitur Genes. 38. nam eo tempore lex illa positiva non erat promulgata: & tamen Scriptura subdit: *ideo percussit eum Dominus, quod rem detestabilem faceret.*

Secundo, si mollities solum Dei praecipto positivo prohi- beretur, aliquando esset licita, etiam post illius legis pro- mulgationem, saltem pro casu extremae necessitatis, ut si quis mori deberet, nisi se pollueret: positiva enim Dei praecipta cessare interdum in casu necessitatis, cer- tum est, & constat exemplo Davidis, qui non obstante Dei lege, laicis vetante usum panum propositionis, in necessitate famis eos comedit, ejusque factum Christus Matth. 12. excusat, necnon, ob similem necessitatem, suos Discipulos a violatione Sabbati divinitus interdicta. At mollitiam seu pollutionem voluntariam, etiam in casu extremae necessitatis (puta cum necessaria esset ad salu- tem vel vitam tuendam) non licere, communiter docent Theologi, & patet exemplo plurium virorum illustrium & piorum, qui mori maluerunt, quam feminis effusio- nem, ex cujus retentione mors imminet, per pollutio- nem, vel per copulam procurare. Sic B. Casmirus Regis Poloniae filius, Hungarorum Rex delectus, gravi opp- ressus infirmitate, mori potius, quam castitatis iustu- ram ex Medicorum consilio subire constanter decrevit. Idem de Jacobo Cardinali Ulyssiponensi, Regis Portu- galiae filio, reiert Hieronymus Garimbertus lib. 3. de Vitis Pontificum. Similia traduntur de Isacio Comen- no Imperatore, de Thoma cuposio Episcopo Eboracensi, & de Michaele Verino Poeta Gallo, quibus istud extat po- steritati consecratum.

Sola Venus poterat leno succurrere morbo: Ne se pollueret, maluit ipse mori. Ergo mollities non solum praecipto Dei positivo, sed etiam lege naturali prohibita est.

Tertio ex sententia Caramellis sequitur adulterium esse gravius & turpius intra genus luxuriae, quam mollitiam, sodomiam, & bestialitatem: Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud. Minus est certa; nam, ut docent communiter Theologi cum S. Thoma 2. 2. q. 154. art. 12. intra genus luxuriae peccata contra naturam (qualia sunt mollities, sodomia, & bestialitas) sunt omnium gravissima & tur- pissima: sicut in speculativo (inquit S. Doctor) error erit ea quorum cognitio est homini naturaliter indita, est gra- vissimus & turpissimus: ita in agendis, agere contra ea quae sunt secundum naturam determinata, est gravissimum & tur- pissimum. Quia ergo in vitiis quae sunt contra naturam trans- greditur homo id quod est secundum naturam determinatum circa usum venereum, inde est quod in tali materia hoc pec- catum est gravissimum. Sequela autem Majoris est evidens: Adulterium enim est intrinsece malum, & lege naturae prohibuitum, ut omnes fatentur: Sed peccata quae per se & ab intrinseco sunt mala, iploque naturali jure prohibita, graviora sunt eis, quae ab extrinseco tantum, & ratione legis positiva ea prohibentis, mala sunt: Ergo si mollities, sodomia, & bestialitas, non sint ab intrinseco mala, nec iure naturae prohibita, sed tantum ab extrinseco, & ratione legis seu praecipti positivi, manifeste sequitur adulterium in malitia & gravitate, mollitiam, sodomiam, & bestialita- tem excedere. Pudet me in itis sordibus tandiu verari, libenterque hic cum August. Epist. 56. dixerim: *Pudet me ista resellere, cum eos non puduerit ista sentire: cum vero ausi sint etiam defendere, non jam eorum, sed ipsius generis humani me pudet, a cujus aures haec ferre pernoctant.*

Non possum tamen praeterire Caramellis fundamen- tum subjicere, & insolentum relinquere. Illud proponit locum supra citatum num. 1606. his verbis: *Proximus ad ge- nerationem & naturam accedit embryo & infans ipse non- dum natus, quam semen: Atqui potest gravida parere contra naturam factum procedere, si aliter vitam conservare non possit: Ergo a fortiori potest contra semen, si saltem modo con- siderentur rationes naturales.*

Sed haec ratio frivola est, nec valet illa Consequentia, seu argumentum a pari, quod ab abortione ad mollitiam format: M

formam: in mollitie enim immiscetur libidinosa delectatio que in abortione nequaquam intervenit, ut proinde etiam abortio esset licita, consequens non sit mollitiam pariter licere. Tam vehementem enim & exorbitans est ea delectatio, que in effusione feminis genitalis sentitur, ut contra rationem sit, eam nunquam, citra usum legitimi conjugii, sponere admittit.

83. Atque insuper num. 1607, in hunc modum: Mollities, inquit, est feminis effusio voluntaria; & si mala secundum se, de istius malitia hominibus constare debet. Sed quid femina? Dicitur certant, & adhuc sub iudice lit est. Aliqui sudorem, alii spumam, nonnulli lac, plerique sanguinem, semen esse contendunt. Et tamen esse contra ipsam naturam, sudorem, spumam, sanguinem, lac, & similia corporis nutrimenta, vel excrementa ex rationabili causa decidere, nullus Dialecticus probare poterit. Ergo nec ulla ratione naturali probari potest, esse contra naturam decidere semen ex rationabili causa. Hoc consequens suppressit Caramuel, five quia puduit illud exponere, five quia cuius obvium esse presuppit.

84. Respondeo primo: quod si hoc argumentum valeret, probaret mollitiam non solum esse contra naturam, sed etiam supposito positivo Dei precepto eam vetante, non esse malam & illicitam, sed de se bonam, & aliquando obligatoriam sub peccato mortali: posset enim qui eam vellet exercere, hoc discursu Caramuelis uti, & sic argumentum proponere. Si mollities mala esset ex Dei precepto eam vetante, de ipsius malitia hominibus constare deberet: Atqui non constat: Ergo non est mala ex precepto Dei eam vetante. Minor probatur: Cum mollities consistat in voluntaria feminis effusione, non potest constare de precepto eam vetante, nisi prius constet quid sit semen, cuius voluntaria effusio interdicitur: Atqui nondum constat quid sit semen: sed Doctores de ejus natura & quidditate disputant, aliis contententibus esse sudorem, aliis spumam, aliis lac, aliis sanguinem, vel si mille quodpiam corporis nutrimentum, vel excrementum, & adhuc sub iudice lit est: Ergo nondum constat de precepto mollitiam vetante, subindeque nec de ipsius malitia iudicium proveniente. Etce quomodo hic Caramuelis discursus nimis probet, & mollitiam, supposito etiam positivo Dei precepto eam vetante, faciat licitam: immo vero etiam aliquando obligatoriam: nam posset etiam quis in hunc modum rursus arguere. Non obstante quacumque Dei lege hominibus haecenus notificata, non modo possimus, sed aliquando tenemur (quando scilicet ad tuendam vel recuperandam corporis valetudinem id necessarium est) emitere sudorem, spumam, lac, sanguinem, aut similia corporis nutrimenta, vel excrementa: Ergo & semen; quippe quod, juxta probabilem Doctorum sententiam, nihil est aliud quam quidpiam istorum.

85. Respondeo secundo directe ad argumentum, quod ut cuiuslibet constet mollitiam esse de se & ex sua natura malam, & lege naturae prohibitam, non requiritur quod naturam & quidditatem feminis genitalis speculative cognoscatur, & an illud essentialiter, vel accidentaliter tantum a sanguine, lacte, sudore, & aliis humani corporis humoribus aut superfluitatibus distinguatur, exploret; sed sufficit quod sciat illud esse instrumentum generationis & ordinari a natura ad conservationem & propagationem speciei, subindeque non licere illud prodigere aut expendere eo actu, ex quo generatio sequi non valet: hoc autem lumen naturale notum est, & a nullo, quantumcumque bardo & stupido, invincibiliter ignorari potest: unde eo ipso quod aliquis utitur femine ad sterilem lasciviam, peccat non solum contra preceptum Dei positivum, quo voluntaria feminis effusio extra usum matrimonii prohibetur, sed etiam contra preceptum naturae, & distantem naturalem rationis, quo omnibus hominibus, etiam illis qui precepta Dei positiva invincibiliter ignorant, hujus actus malitia & deformitas manifestatur & intimatur.

III.

86. In audiendo Missam de precepto, vel recitantis horis ex obligatione, satis est attentio externa: unde potest quilibet voluntarie distrabi. Ita Caramuel in epil. preliminar. ad Dianam, ubi sic ait: Navarros, & quosdam internum attentionem requirunt in officio divino, considerata vivacitate humani ingenii, concludunt vix aut ne vix quidem posse hominem satisficere sine aliqua distractione veniali: sic de preceptis aliis paraphrasitico philosophantur. At nos, qui contra generose sentimus, & sensum nostrum armato ratiocinio firmamus, non solum milites, sed et virgines sumus: possumus enim ita horis, aut aliis Ecclesiae preceptis satisficere, ut ne in levem quidem culpam labamur. Prolatio enim, & quacumque alia extrinseca operatio, est facilissima, & humana principum leges, Ecclesiasticae aut saeculares sunt, non precipiunt interna. Et in Theologia fundamentali num. 44. haec scribit de seipso: Uo momento (inquit) calum verso, altero ad suberraneas transiit; nulla in orando movetur multitudo, quae mihi non sit impediens; attendere lectioni desine

ro, sed distractiones non exco involuntarias, milles interdum etiam voluntarias. Et nihilominus nullo erucior scrupulo, nullo dubio angor, quia prudenter suspoco me ad attentionem internam non teneri; eam habere bonum esse, & ea carere ne quidem esse levem culpam; me ad lectionem tantum & attentionem externam obligari; me egisse totum quod rubrica jubent ratio scio, & ita certo, ut possim jurare.

Hanc sententiam non solum omnino improbabilem, sed etiam in praxi valde periculofam esse existimo: nam Ecclesia in cap. Dolentes de celeb. Missarum, districte praecipit Clericis in virtute obedientiae, ut divinum officium, nocturnum pariterque diurnum, quantum Deus eis dederit, studiose celebrent pariter et devote: Sed hoc non potest intelligi de attentione, & devotione solum externa: Ergo Ecclesia praecipit Clericis recitare officium cum devotione interna qua possunt, & quam Deus eis dederit. Major patet; Minor, in qua est difficultas, probatur multipliciter. Primo quia devotio propria & per se primo dicitur interna, & improprie tantum ac secundario de externa, ut docet S. Thomas 2. 2. qu. 83. art. 2.

Secundo, quia in praedicto Canone ante verba adducta dicitur Pontifex: Intendens (Clerici) externis collocutionibus laicorum, dumque auditum ad indelicatas sermone effundens, atque intentas non porrigunt ad divina: Sed porrigere aures intentas ad divina, interiore animae attentionem & applicationem importat: Ergo in illo Canone est sermo de devotione & attentione interna, & non solum de externa.

Tertio probatur eadem Minor: Ecclesia per hoc preceptum recitandi horas Canonicas, preceptum naturale seu divinum orandi, & vacandi rebus divinis determinat; sicut praecipiendo auditionem Missae in die festivo, determinat preceptum naturale, quod homo tenetur aliquod tempus vitae suae cultui divino deputare: nam ut ait S. Thomas 2. 2. qu. 112. art. 4. ad 4. Inest homini naturalis inclinatio ad hoc quod cultibus rei necessaria deputetur aliquod tempus: sicut corporali refectio, Somno, & aliis hujusmodi: unde etiam spirituali refectio, qua mens hominis in Deo reficitur, secundum dictamen naturae rationis, aliquod tempus deputat homo; & sic habere aliquod tempus deputatum ad vacandum divinis, cadit sub precepto naturali. Ergo cum preceptum naturale seu divinum orandi, & vacandi Deo ac rebus divinis, indubitanter obligat ad attentionem, consequens omnino est, ut etiam preceptum Ecclesiae illud determinans & veluti contrahens, etiam ad attentionem internam obliget.

Quarto: Ecclesia praecipit recitationem officii ut est actus virtutis religionis, & moraliter bonus, actus enim mali, vel ex sua specie indifferenter ad bonum & malum, non sunt materia congrua preceptis Ecclesiasticis: Ad recitatio officii sine devotione & attentione interna, non est actus virtutis religionis, sed potius quadam species hypocritica, factem materialiter: Ergo &c. Major patet, Minor probatur. Nam juxta D. Thomam 2. 2. qu. 88. art. 3. ratio quare oratio fit praecipuus actus religionis est, quia in oratione fideles Deo offerunt id quod in eis praesentius est, scilicet mentem: Sed ille qui voluntarie distractus recitat divinum officium, non offert Deo id quod habet melius & praesentius, sed quod deterius est & ignobilius: cogitando enim v. g. de cibo aut potu, vel de negotiis saecularibus, tunc obsequium quidem corporis praestat Deo, sed obsequium mentis ventri; datque medullam mundo & vanitati, & corticem tantum Deo & pietati: Ergo tunc actum religionis non facit, sed potius actum hypocriticae, factem materialiter.

Quinto: Absurdum videretur dicere, quod Ecclesia non plus in hac materia praecipiat Clericis, quam praestari possit a pitacco: nam ut ait August. exposit. in Psalm. 12. Et meriti & praestati & corvi, & pica, & hujusmodi volucres, sicut ab hominibus ducuntur sanare quod volunt: Scintilla autem cantare, natura hominis divina voluntate concessum est. Unde idem S. Doctor cor. 29. in Psalm. 118. Clamavit ad Dominum (inquit) qui se ab orantibus; si fuerit corporis vocis factus, non intendo in Dominum corde, qui dubites inteneri fieri? Nullus certe, excepto Caramuele, qui non solum non dubitat, sed certo asserit, immo & jurarando confirmat, non solum non insinere illud fieri, sed & ita profoque, ut & Ecclesiastico precepto satisfactum, & omnis quodvis scrupulus levissimi peccati tollatur: unde ut supra audivimus, esse qui suae adherent sententiae, non solum milites, sed & virgines esse affirmat. Sed et virgines sunt, cum tamen oleum devotionis, quo caritatis flamma in cordibus noletis nutritur, habere non fatigant, sed tanquam garrulae aves sine interiori sensu verba emittant, non sunt virgines prudentes, sed fatuae quae a nutu sponi caelestis, ejusque complexibus repelluntur. Et si milites sunt: cum tamen contra mentis evagationes & distractiones non pugnent, sed ab eis utro se vincit & superari patiuntur, non tam generosi milites, quam ignavi & imbelles militiae desertores dicendi sunt. Et si etiam singu-

seguis diebus per quinque vel sex horas content in choro: cum tamen non pallant mente & spiritu, ut jubet Apostolus, sed ore tantum & voce, sicut morali, pientia, & corvi, ut Augustinus ait, non sunt choristae quam canora aves, nec tam Ecclesiasticis quam praestati cantores, ut bello dicit Sinesimus, appellandi sunt.

Denique, ut praecipio Caramuelis fundamentum occurramus: dato quod Ecclesia non possit directe & primo precipere actum internum, secundario tamen & indirecte illum jubere potest, quando scilicet actus interior necessarius est, ut actus exterior sit bonus. Unde per se loquendo habet potestatem super actus exteriores: super actum vero interiore, per accidens, & ratione actus exterioris, in quantum est forma illius. Sic Ecclesia praecipit Inquisitoribus sub poena excommunicationis, ut non procedant contra aliquem ex odio. Et in cap. Dolentes supra citato, jubet confessionem quotannis fieri fideliter, & Eucharistiam suscipi reverenter. Cur ergo similitur Clericis praecipere non poterit, ut divinum officium cum attentione & devotione interna qua possunt, & quam Deus ipsi dederit, quotidie recitent? Certe qui aliter sentiunt & faciunt, non a peccatis venialibus eximuntur, ut ait Caramuel, sed periculo culpe mortalis, subindeque aeternae damnationis, se exponunt. Unde frivolum est quod addit, nimirum se posse jurare, in hoc genere nec venialiter quidem peccavisse, hancque esse summam conscientiae quietem, atque animi tranquillitatem. Sicut enim qui ex conscientiae erroneae invincibilitate putaret non esse peccatum, furari ad dandum elemosynam, vel mentiri ad salvandam vitam proximo, etiam milles furaretur, aut mentiretur, semper posset jurare, se in hoc genere, nec moraliter, nec venialiter peccavisse, nec tamen propterea ejusdem conscientiae tranquillitatis esset congeundum: ita pariter nec nos, qui existimamus Ecclesiam non solum attentionem externam, sed etiam internam in recitatione officii praecipere, summam illam conscientiae quietem atque animi tranquillitatem Caramelii invidemus, nec jurare vellemus, eos qui in recitatione officii voluntarie distraherentur, & de interna attentione non curant, periculo peccati mortalis non se exponere.

88. Plures alia sunt ejusdem Auctoris circa divini officii recitationem laxitates, non solum omnino improbabiles, sed etiam proflus intolerabiles. Nam in Commentario regule S. Benedicti disp. 112. num. 1475, & in Theologia fundamentalis num. 760. docet eum satisficere precepto recitandi officium, qui illud recitat animo non satisfaciendi. Et num. 500. & 502. asserit eum qui velspere matutinas & laudes recitat duorum dierum obligationi posse satisficere: quia (inquit) una & eadem actio potest quis simul satisficere duobus preceptis numero distinctis, eodem tempore concurrentibus. Ex quo etiam inferat, unica communione Paschalis posse aliquem duorum annorum obligationi satisficere. Item num. 1100. dicit obligatum ad officium recitandum satisficere legendo quotidie officium Paschale, pro quolibet alio officio, quantumvis prolixo, per annum incidente. Denique in commentario regule S. Benedicti disp. 117. num. 1446. suggerit duas methodos a se inventas, juxta quas possit quis, etiam pro longo tempore, excutere obligationem recitandi horas Canonicas, absque ulla culpa, saltem mortali: unam beneficio probabilitatis opinionum, alteram beneficio varietatis horologiorum, quae (inquit) si bona sint, & diligenter dirigantur, habent vim opinionum probabilium. Et tamen in Theologia fundamentali, fundamento 10. qu. de horologiis, ait horologiis fidendum non esse, quia horologia fere omnia concepta sunt in originali peccato, subindeque peccata actualia necessario committunt. Unde huic Auctori verba illa Augustini ad Julianum dicere licet: Mira sunt quae dicis, nova sunt quae dicis, falsa sunt quae dicis. Mira suspensus, nova cavemus, falsa convincimus.

IV.

89. Quoties actor nullum jus in rem quam petit videatur habere, potest ille Advocatus patrocinari. Caramel lib. 3. Theologiae moral. n. 1470. ubi sic ait: Si actor, velis nomine Advocatus, accusare vult, vel etiam de facto accusare, tamen nullum jus videatur habere, potest ille advocatus patrocinari; nimirum quantum per leges licet, examinando bene testes, eorum responsa conferendo, & notando: si peccata contingit, causas bene fundatas male cedere, & si peccata male fundatas bene succedere. Oppositum expresse docet D. Thomas 2. 2. qu. 71. art. 3. in corp. ubi sic dicitur: Illicium est alicui copulari ad malum faciendum, sine consensu, sine adiutorio, sine qualitercumque consensu: quia conditio, & conditionis, quodammodo est factio: & Apostolus dicit ad Rom. 1. quod digni sunt morte non solum qui faciunt peccatum, sed etiam qui consentiunt faciendis: unde, & supra dictum est, quod omnes tales ad restitutionem operantur. Manifestum est autem quod Advocatus, & auxiliium, & consilium praestat ei, cuius causa patrocinatur: unde si scilicet injustam causam Theol. Cont. Tom. III.

sani defendit, absque dubio graviter peccat, & ad restitutionem tenetur ejus damni, quod contra justitiam per ejus auxilium altera pars incurrit. Et rursus ibidem in solutione ad 2. Advocatus (inquit) si in principio credidit causam justam esse, & postea in processu apparuit eam esse injustam, non debet eam prode, ut scilicet aliam partem juvet, vel secreta sua causa parti revelet, potest tamen & debet causam deserere; vel eum cuius causam agit ad defendendum inducere, sive ad componendum: sine adversarii damno.

Confirmatur ex Augustino Epist. 54. sic dicente: si justitia sincerius consulatur, justus dicitur Advocato reddo quod accepisti; quando contra veritatem fecisti, iniquitati adfuiti, secessisti, justam causam oppressisti, de falsitate vixisti. Et infra: Quis tandem Advocatus facile reperitur, qui suscepto suo dicit, recipere quod mihi cum tibi male adesset dedisti? & reddo adversario tuo quod me agente inique abstulisti? Et etiam quoniam prior non recto vixi rectissime poenitet, etiam hoc facere debet: ut si ille qui inique litigavit, non vult admonitus corrigere iniquitatem, ejus tamen iniquitatis nolite esse mercedem, nisi forte resistendum est alienum, quod per furum clanculo auferatur, & restituendum non est alienum, quod in ipso foro, ubi peccata puniuntur, decepto iudice, & circumventis legibus obinetur.

Pro majori hujus veritatis confirmatione libet hic subnectere formulam juramenti, quod emittere jubent Jurare Caesareo omnes caussarum Patroni seu Advocati: Patroni caussarum, (inquit lex Codicis Justin. lib. 3. tit. 1. §. 14.) qui utriusque parti praestantes auxilium ingreditur, cum eis fuerit concessa, post narrationem propositam, & contradictionem obiectam, in quacumque iudicio majore, vel apud arbitros, sive compromisso; sive alter datus, vel electus, sacrosanctis Evangeliiis caelibus, juramentum praestent: quod omni quidem virtute sua, omnique ope, quod verum & justum existimaverint, alienis suis inferere procurabunt, nihil studii retinquentes quod falsi possibile est: non autem credita sibi causa cogita quod improba sit, vel penitus desperata, & ex mendacibus allegationibus, ipsi licentes prudentesque mala conscientia illi patrocinantur, sed est certamine procedente, aliquid tale sibi cognitum fuerit, & causa recedent, ab huiusmodi communione sese penitus separantes.

Plures aliae assertiones in libris Caramelii leguntur, 90 quae adeo absurda sunt, & bonis moribus aliena, ut consultatione non egent. Nam in Theol. moral. num. 1582. asserit hoc juramentum. Per vitam meam, sic expositum, Tam verum est quod dico, quam quod habeo vitam, posse mendaciter, citra peccati vel venialis noxam emitti. Et in Theologia fundamentali editionis Francofordiana n. 1142. doctrinam Francisci Amici, qua asserit licere Clerico, vel Religioso, calumniam graviam crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem, occidere, quando alius defensionis modus non suppetit (a): ut veram ac certam propagat dicens: Doctrinam Amici solam esse veram, & oppositam improbabilem, censemus omnes docti. Et n. 2153. aliam ejusdem Auctoris sententiam, qua docet licere Clerico vel Religioso, qui fragilitati cedens, feminam vilem cogitavit, eam occidere, quando factum vulgus, & ipsum infamans, indirecte saltem approbat, responsum suspendendo, & dubitando an id liceat: ut enim ille definit n. 275. Omnis omnino actus humanus licitus est, qui non impingit evidenter in aliquam legem obligatoriam evidentem. Item in eadem Theol. fundam. pag. 139. haec scribit: Petrus die sabbathi sub mediam noctem, ut primum audiret duodecimam, comedit carnes, & postquam satur exisset & mensa, audivit aliud horologium significans horam duodecimam. Die sequenti communicare vult, & sic dicitur: horologia habent opinionum probabilitatem virtutem: at ego comederam antequam tale horologium sonaverit: ergo probabile est quod comedi ante duodecimam: ergo probabile quod sim peccatus: at opinioni probabili conformare conscientiam possum: ergo poterit communicare. Et volo scire cur communicare non possit: nam stando doctrinae praecedenti, potest; & ego in toto hoc Petri discursu, quod possum aut negare, aut reprehendere, nihil invenio. Magna certe opportunitas & utilitas probabilitatis opinionum, & varietatis horologiorum, quae juxta Caramelum, habent opinionum probabilitatem virtutem: nam & illorum beneficio potest quis eadem die usque ad saturitatem carnes comedere & nihilominus immediate post accedere ad sacram synaxim Denique hic Auctor lib. 4. Theol. moral. num. 1559. ait: Deorum pluralitas, stando juris principii naturalibus, defendi & propugnari potest. Quae assertio non solum Polytheismo, sed etiam Atheismo non parum favet, quia ut communiter docent Sanctorum Patres Athanasius, Chrysostomus, Theodoretus, & alii, Multitudo Numinum nullitas est Numinum. Unde egregie Tertullianus contra Marcionem: Veritas Christiana distincta pronuntiat, Deus si non unus est, non est, qui dignus credimus non esse.

M 2

(a) Haec doctrina damnata ab Alexandro VII. die 24. Septembris an. 1665.

esse quodcumque non ten fuerit ut esse debeat. Ergo si Deorum pluralitas, stando in puris principiis naturalibus, propugnari possit, etiam, stando in iidem principiis, Deorum nullitas defendi poterit; quod est causam Atheorum manifeste iurare.

§. II.

Tamburini laxitates reprobandur.

I.

91 Ictum est inducere testem ad jurandum falsum, quod jurans quidem putat esse verum, ipse vero inducens scit esse falsum. Tamburini lib. 3. in Decalog. c. 1. §. 6. n. 7. pro hac sententia referens Hurtadum, Dianam, & Tancredum.

Hac assertio non solum omnino improbabilis, sed etiam erronea, & proflus intolerabilis est, potestque breviter confutari. Primo quia amor Dei, & zelus honoris ejus, obligat me ut quantum commode possum, vitam etiam peccata materialia, tam in me quam in alijs: Jurare autem id quod reipia est falsum, & putatur esse verum, est peccatum legem materialiter, cum tale juramentum veritatis & aeternae fidei diffionem sit: Ergo quantum commode possum, teneor juramentum illud impedire, tantum abest quod possum ad illud proximum inducere.

92 Secundo impugnat: Fraternalis caritatis dictamine proximum instruere teneor, quando ille laborat ignorantia alicujus rei, juri divino & naturali contraria, & probabiliter speratur, quod ablata ignorantia non operabitur que cum ignorantia facit, vel scire vult: Ignorat Petrus v. g. Mariam non esse suam uxorem, vult ad illam accedere; teneor illum admonere non esse ejus uxorem: Ignorat alius aliquum hostium non esse consecratum, & illum vult adorare; teneor ei significare talem hostium consecratum non esse. Mira ergo est Tamburini exorbitantia, dum scribere audeat, licitum esse, non modo proximum ignorantem non instruere; sed insuper ipsum in materialem Decalogi transgressionem impellere.

Nec valet quod ille ait: Jurare falsum, quod sine culpa putatur esse verum, actus est religionis; unde qui ad hoc induci, ad istam virtutis induci. Non valet, inquam, quia pariter actus religionis est, quando adoratur hostia, que in vincibiliter putatur consecrata; cum reipia non sit consecrata; & tamen quis audeat dicere, licitum esse scienti eam non esse consecratam, inducere ignaros ad eam adorandam tanquam consecratam? Nonne etiam uxorem reddere debitum conjugate marito, est actus justitiae? & tamen quis dicit, scienti maritum vivere, licitum esse, non solum eam non admonere, sed etiam ad reddendum superinducto viro conjugale debitum inducere? Nonne pariter servum laborare in die festo, quem bona fide existimat non esse festum; actus est obedientiae, vel justitiae? quis tamen propterea astat mihi licere, inducere servum ad laborandum in die, quem ille nescit esse festum, ego vero festum esse scio? Quam levis ergo & frivola est illa Tamburini ratioculatio, qua se permutat dicit ad asserendum licitum esse inducere testem ad jurandum falsum, quod jurans quidem putat esse verum, ipse vero inducens scit esse falsum.

II.

Licitum est reo cum aequivocatione negare veritatem Judicis legitime interroganti. Tamburini lib. 3. c. 3. §. 3. n. 5. pro hac sententia citans Delugo, Sanchez, & alios.

94 Oppositum docet S. Thomas 2. 2. q. 69. art. 1. in corp. ubi sic ait: Pertinet ad debitum justitiae, quod aliquis obediatur suo superiori in iis ad qua jus prevalens se extendit. Judex autem superior est respectu ejus qui judicatur: Et ideo ex debito teneor accusatus Judicem veritatem exponere, quam ab eo secundum formam juris exigit: Et ideo si confiteri voluerit veritatem quam dicitur teneor, vel si eam mendaciter negaverit, mortaliter peccat. Quo nihil clarior & expressius contra Tamburini assertioem dici potest.

95 Adde quod, si vera esset Tamburini sententia nunquam liceret Judicis, reos ad confessionem criminis capitalis, quantumvis sempleme probati, torturis adigere; quia iniquum est quemquam ad id cogere, quod praestare non teneor: Oppositum autem docent SS. Patres, praesertim Augustinus lib. 19. de Civit. cap. 6. Ambrosius lib. 2. de Abel & Cain cap. 9. & Eusebius Papa Epist. 1. ad Gallias Episcopos, cujus est illa sancto corpori Juris inferta, cap. 11. q. 5. ubi dicitur: Veritatem diversis cruciatibus & lateribus suis religiosis toror exigere debet: ut dum papae corporum subjiciuntur, qua gesta sunt fideliter & veraciter exquirantur. Unde Leonardus Coquanus in Commentariis super cap. 6. lib. 19. Augustini de Civit. Dei, & Covarruvias lib. practice. qu. cap. 23. num. 5. reprobandum errorem Joannis Ludovici Vives, altruentis oppositum, saltem quoad Christianos.

Ex discursu & ratione D. Thomae patet, non solum falsum, sed etiam intolerabile esse dogma Joannis Sancti in practiceis dispositionibus disp. 9. num. 7. & sequentibus, ubi (teste Diana tract. 7. Resol. 55.) asserit quod si panitentia probabiliter credat Confessorium non impensurum illi absolutionem, si fateretur confusivum peccandi, potest aequivocatione utendo negare consuetudinem; ut fiat sensus, consuetudine carere peccandi, non absolute, sed ad confitendum tibi de presenti. Et hoc etiam procedit, si credat, absolutionem se naturum, cum ad confitendum eadem peccata bis non se obligatus, nec ad patendum pudorem ex consuetudine tam nota oriundum. Idem dicitur de occasione proxima inevitabili tamen sine magno incommodo & scandalo. Nam in tali casu potest etiam panitens uti aequivocatione, licet a confessorio de tali occasione interrogetur.

Patet, inquam, doctrinam hanc perverfam, & proflus intolerabilem esse. Primo quia permittit uti aequivocatione aut restrictione mentali, quod plures graves Theologi & Doctores nunquam licere existimant, videturque innuere D. Thomas 2. 2. quest. 109. art. 3; ad 1. ubi sic dicitur: Quia homo est animal sociale, naturaliter unus homo debet alteri id sine quo societas humana servari non potest: non autem possunt homines ad invicem servari, nisi sibi invicem credentur, tamquam sibi invicem veritatem manifestantibus. Quo dicitur utitur etiam D. Augustinus in Enchirid. cap. 22. ubi sic ait: Utique verba propterea sunt instituta, non per quos se invicem homines fallant, sed per quos in alterius quisque notitiam cogitationes suas proferat. Verbis igitur uti ad fallaciam, non ad quod infirmitas sunt, peccatum est. Unde Caramuel, licet in laxas opinionem valde propensum, in eam tamen quae aequivocationem & restrictionem mentales permittit, invenitur in Theol. fundam. num. 1082. ubi haec scribit: Est mihi innata aversio contra restrictiones mentales; tollunt enim humanam sinceritatem: tanquam pessifera damanda sunt, quoniam semel admittis aperitur omni perjurii viam; & tota differunt in eo erit, ut quod veri vocatur mendacium, naturam & malitiam non mutat, sed nomen, ita ut hodie jubetur restrictio mentali nominari: quod est verum condite factura; & scilicet specie virtutis colorare. Qui confonit illud Innocentium III. in Epist. ad Archiepiscopum Cantuariensem: Nomina tantum non res mutantur quasi mutato nomine, culpa transferatur & poena: & illud Tertullianus de carne Christi cap. 13. Omnia peritabantur aliter accipi quam sunt, & amittere quod sunt, dum aliter accipiuntur, si aliter quam suis cognominantur: fides nominum, salus proprietatum.

Deinde, Esto aequivocationes & restrictiones mentales interdum, suppositis quibusdam conditionibus, licite sint, de quo suo loco dicemus; eas tamen extendere ad tribunalia justitiae, vel poenitentiae, proflus intolerabile est: nam ut ait D. Thomas supra relatus, Ex debito teneor accusatus Judicem veritatem exponere, quam ab eo secundum formam juris exigit: Et ideo si confiteri voluerit veritatem quam dicitur teneor, mortaliter peccat. Idem a fortiori dicendum de poenitente, legitime a Confessore interrogato: cum enim in foro illo interno Confessorius habeat rationem Judicis teneor poenitens interrogatus de his quae ad forum illud spectant, qualia sunt consuetudo peccandi, vel occasio proxima, sicera respondere; nec potest sine gravi culpa aequivocationibus, aut restrictionibus mentalibus ei veritatem occultare: maxime cum Confessorius non solum habeat rationem Judicis, sed etiam Medici spiritualis, nec possit poenitenti congrua remedia ad evitanda peccata adhibere, nisi statum conscientiae ejus, subindeque pravos ejus habitus & consuetudines, ac precedenti occasiones cognoverit.

Ex his etiam patet, falsissimum esse quod aliqui docent, nempe non solum licere reo cum aequivocatione negare veritatem Judicis legitime, legitime interroganti, sed etiam jurare se rem nescire, intelligendo ita ut teneor illi dicere, vel quid simile: hoc enim non est aliud quam mendacio palliata addere perjurium: quod Augustinus lib. contra mendacium c. 18. detestatur & vehementer deplorat his verbis: O ubi estis fontes lacrymarum! Et quod facturus, quo idem, ubi nos occultabimus ab ira veritatis, si non solum negligimus cavere mendacia, sed audemus insuper docere perjurium.

III.

Ad tormenta, damnaque gravia vitanda, potest quislibet sibi falsum crimen imponere, etiam si mors sit sibi securum. Tamburini lib. 6. cap. 2. num. 12. Idem docet lib. 9. cap. 3. §. 6.

Hac assertio manifestum errorem continet, & humanae menti incuit horrorem. Primum patet ex eo quod ea quae sunt intrinsece seu ex genere sua mala, nunquam possunt esse bona & licita, nec ex intentione alicujus boni finis honestari; ut constat de mendacio, quod in nullo casu potest esse bonum & licitum, quia est intrinsece & ex genere suo malum, ut probat S. Thom. 2. 2. q. 110. art. 3; & pa-

& patet ex decreto 22. qu. 2. ubi Gratianus docet mendacium nunquam esse licitum, idque pluribus SS. Patrum testimonis probat. Unde Alexander III. in cap. super eo de usuris, respondens Panormitano Episcopo, sic ait: Scriptura sacra prohibet pro alterius vita mentiri. Sed falsum testimonium est intrinsece malum, ut docet D. Thom. 2. 2. quest. 70. art. 4. his verbis: Falsum testimonium habet triplicem deformitatem: uno modo ex perjurio, quia testes non admittuntur nisi jurati: alio modo ex violatione justitiae: & tertio ex ipso falsitate, secundum quod omnem mendacium est peccatum: Ergo nunquam licet falsum testimonium dicere, nec per consequens ad tormenta, vel gravia damna vitanda, potest aliquis sibi falsum crimen imponere.

Confirmatur: Si enim Scriptura prohibeat mentiri ad salvandam vitam proximi, ut ait Alexander III. jam relatus; a fortiori vitabitur mentiri & falsum proferre testimonium, ad procurandam mortem sibi, ut per illam tormenta, vel damna gravia vitentur.

910 Quod etiam haec Tamburini assertio horrorem humanam menti incuit, manifestum est, quia ex eo evidenter sequitur, licere seipsum absque speciali Dei jussu occidere, sicut enim qui falso testimonio alium perimit, seu perimi facit, homicida est: ita qui seipsum falso testimonio interimit, suicida est: nam quid retet quod seipsum ferro, vel lingua perimat, dummodo seipsum perimat? Unde Augustinus exponens illud Psalmi 63. Exonerans ut gladium linguas suas, dicit Judaeos, qui adversus Christum falsum dixere testimonium, ipsum occidisse gladio linguarum. Et subdit: Nisi enim lingua gladius esset, non alibi diceret idem psalmista: Filii hominum, dentes eorum arma & sagitta, et lingua eorum gladius acutus. Suicidium autem gravissimum esse peccatum, & gravius homicidio, fratricidio, & parricidio, idem S. Doctor lib. de patientia cap. 13. his verbis declarat: si parricida eo secleratorum est quam qui occidit homicidam, quia non tantum hominem, verum etiam propinquum necat. Et in ipso parricidio quanto propinquum quisque peremerit, tanto judicatur immatius: si ne dubio peior est qui seipsum occidit, quia nemo est homini seipso propinquior.

IV.

910 Licitum est cupere absolute desiderio mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis; quia nimirum ei obveniens est propriis hereditaria (a).

Hanc assertioem Tamburini lib. 5. cap. 1. §. 5. n. 19. & 33. dicit esse probabilem, subindeque in praxi tutam, & citat pro ea Castro Palaum. Illa tamen non solum improbabilis, sed etiam intolerabilis est, & vix sine animi horrore & aurium tinnitu audiri potest. Si enim licet filio cupere absolute desiderio mortem patris, intentione successionalis hereditariae, pari jure licebit viro calidi desiderare absolute desiderio mortem mariti, intentione concubendi cum ejus vidua in uxorem duenda. Pari item jure licebit viro uxorato desiderare insuper absolute desiderio mortem uxoris suae, ut ita mediatus duabus mortibus, suae nimirum uxoris, & alieni mariti, pertingat ad nuptiales amplexus ejus quam deperit. Porro sic hoc nullus dicere audeat, eo quod desiderium istud ex affectu mechae & voluptatis amoris procedat; nec illud poterit asserere, cum pariter aliud desiderium ex avaritia pullulet; & sit veluti ramusculus illius cupiditatis, quam Apollolus radicem omnium malorum appellat.

V.

910 Milites navales licite possunt ignem injicere in pulverem sulphureum, ne navis in hostium potestatem integra devoratur, vel ne hostes sunt animosiores ex parte victricia.

Hanc assertioem docet Tamburini lib. 6. cap. 2. §. 2. num. 9. ductus potissimum auctoritate Lessii, idem docentis. Eam tamen ceteri Theologi reprobandum cum Angelico Doctore 2. 2. q. 64. art. 5. ad 3. ubi haec scribit: Transitus de hac vita ad aliam feliciter, non jussum libere arbitrio hominis, sed potestati divinae: Et ideo non licet homini seipsum interficere, ut ad feliciter transeat vitam: similiter etiam nec ut quislibet miseriam praesentis vitae evadat: quia ultimum malum hujus vitae & maxime terribile est mors, ut patet per Philosophum 3. Ethic. Et ideo inferre sibi mortem ad aliam hujus vitae miseriam evadendam, est majus malum assumere ad minus mali vitandam. Similiter etiam non licet seipsum interficere propter aliquod peccatum commissum: cum quia in hoc sibi maxime nocet, quod sibi admittit necessarium poenitentiae tempus, cum etiam quia malefactorum occidere non licet, nisi per judicium publicum potestatis. Similiter etiam non licet mulierem se ipsam occidere, ne ab alio corrumpatur: quia non debet se se committere crimen maximum, quod est sui ipsius occisio, ut vitet minus crimen alienum. Non enim est crimen mulieris pro violentiam violata.

(a) Haec propositio damnata fuit ab Innoc. XI.

si consensus non adit, quia non inquinatur corpus, nisi de consensu mentis; ut Lucia dixit: constat autem minus esse peccatum fornicationem, vel adulterium, quam homicidium, & praecipue sui ipsius, quod est gravissimum, quia sibi ipsi nocet, cui maximam dilectionem debet: est etiam periculosissimum; quia non restat tempus: ut per poenitentiam excipitur. Similiter etiam nulli licet seipsum occidere ob timorem, ne consentiat in peccatum; quia non sunt facienda mala, ut veniant bona, vel ut vitentur mala, praesertim minima & minus certa; incertum autem est an aliquis in futurum consentiat in peccatum, petens est enim Deus hominem quacumque tentatione superveniente liberare a peccato. Et in resp. ad 4. ait ex August. l. 1. de civit. c. 21. Sampson alter non excusatur quod se ipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi quod licenter Spiritus Sanctus hoc jussisset, quod pro illum miracula faciebat. Si autem Sampson non alia ratione excusari potest, quam recursum ad intinctum Spiritus Sancti intus moventis atque jubentis; nec milites navales, ignem in pulverem sulphureum injicientes; & ullatenus excusari poterunt, nisi eodem Spiritu Sancto infligante, pulverem accenderint, & seipso de vita extruxerint.

Confirmatur ex SS. Patribus: Augustinus enim lib. 1. de Civit. cap. 20. sic ait: In sanctis canonibus libris nullam nobis divinitus praecipitur permissum reperiri potest, ut vel ipsius adipiscenda immortalitatis, vel ullius creaturae veniunt mali causa, nobismetipsos necem inferamus. Et cap. sequenti generalem istam tradit regulam. His acceptis, quos vel lex iusto generaliter, vel ipse sua justitia Deus specialiter occidere jubet, quisquis hominem, vel seipsum, vel quemlibet occidit, homicidam criminis inaequatur. Et cap. 20. hoc dicitur (inquit) hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem sibi spontaneam mortem inferre debere, velut sustendo molestias corporales, ne incidat in perpetuas. Item Lactantius lib. 8. cap. 18. Sicut in hac vita (inquit) non nostra sponte venimus, ita rursus ex hoc domicilio corporis, quod invidiam nobis assignatum est, ejusdem iustis recedendum est, qui nos in hoc corpus induxit, tamdiu habitaturus, donec jubeat emitti. Denique Idorus Pelusiotus Epist. 257. sic dicitur: Si de duobus, mari scilicet & femina, dicitur esse illud, quae Deus conjunxit homo non separet; qui animam per vim a corpore avellit, & vel laqueo se strangulat, vel cado violenta se necat, quam quaeque veniam merebitur?

Idem docent non solum omnes Theologi & Philosophi Christiani, sed etiam Ethnici: Aristoteles enim lib. 2. Ethic. cap. 7. sic ait: Mortem sibi consciscere ob fugiendam pauperiam, aut amarum vel molestum aliquid, non fortis est hominis, sed potius simidii, est enim militiae laboriosae fugere; nec quia res est honesta, appetit mortem, sed quia malum fugit. Belle etiam ait Seneca Epist. 24. Vir fortis ac sapiens non fugere debet e vita, sed exire. Et Epist. 70. Sceleris est (inquit) timore mortis mori: venio qui occidat, expecta, quid occupas? Quare suspicis alieni crudelitatis procuracionem? Verum invades carnis tuae, an parcas? Huic concinit Martialis, in quemdam Phannium, qui ut mortem quam ipsi hostis intentabat, fugeret, seipsum peremit, sic Ludens:

Hosten cum fugeret, se Phannius ipse peremit. Dic rogo, num furor est, ne moriar mori? Idem dicere licet de militibus illis, qui ne in potestatem hostium deveniant, & mortem acerbam apud eos patientur, ignem in pulverem sulphureum injiciendo, seipso perimunt; nempe ipsos mori timore mortis, seu mori ut moriantur: nam sibi manus inferre, formidinis potius est quam fortitudinis, & pusillanimitatis quam magnanimitatis, inquit August. lib. 1. de Civit. cap. 22. Concludamus ergo cum Lactantio, & dicamus: execrabilis & proflus fugienda est illa doctrina, quae homines abigit a vita.

VI.

Iuste damnatus ut fame pereat, potest oblatum panem refutare. Tamburini lib. 6. cap. 2. §. 2. num. 6.

Oppositum docet D. Thomas 2. 2. quest. 69. artic. 4. 105 ad 2. ubi sic ait: Nullus ita condemnatur quod ipse sibi inferat mortem, sed quod ipse mortem patitur. Et ideo non teneor facere illud unde mors sequatur. . . . teneor tamen non resistere agenti, qui patitur quod justum est cum pati. Sicut etiam si aliquis sit condemnatus ut fame moriatur, non peccat si cibum sibi occulte ministratum sumat: quia non sumere, esset seipsum occidere. Quae ultima verba probant, taliter condemnatum non modo posse, sed & teneor cibum sibi oblatum sumere: quia (ut supra ostensum est) citra specialem Dei impulsum, nulli fas est seipsum occidere; unde cum juxta D. Thomam, non sumere, sit seipsum occidere, planum est, talem teneri cibum oblatum sumere, eodem precepto naturali quo tenetur seipsum non occidere.

Confirmatur & magis illustratur haec ratio: Homo tenetur precepto naturali conservare suam vitam, quoties licite potest: Sed in praedicto casu licite potest: Ergo tenetur: Minor probatur. Si quid enim obstat, maxime

sententia Judicis, qua damnatus est ut fame pereat. Sed hoc non oblat, quia illa non precipit ut ille non comedat (alias iniqua esset talis sententia, cum nullus ita committeret, quod illi ipse mortem inferat, sed quod ipse mortem patiatur, ut ait D. Thomas) sed tantum jubet, ut nemo ei cibos ministret: Ergo in tali casu licite potest conservare vitam.

VII.

107 Præceptum caritatis indirecte solum & ratione alterius obligat quando scilicet impius, quia Sacramentum penitentia non est in promptu, non habet aliam viam qua se justificet, nisi elicias actum contritionis, qua actum amoris Dei involvit (a). Tamburinus lib. 2. cap. 3. §. 2. num. 2. pro eadem sententia referens Azorium. Sed certe in hoc stupenda plane perversio est, ut quod Christus differtis verbis primum omnium mandatorum pronuntiavit, Doctor Christianus afferere audeat, indirecte solum, & ratione alterius obligare! Si enim indirecta solum & ratione alterius obligat, quis non videat prius ac principalis esse alterum præceptum directe & per se obligans? Et rursum, cum illud censetur magis tale, propter quod alterum est tale; nonne planum est ea præcepta, propter quæ mandatum dilectionis indirecte dumtaxat obligat, magis obligare quam ipsum, quod non nisi propter ea obligat, subindeque falso dixisse Christum, præceptum dilectionis primum esse & maximum omnium mandatorum?

108 Confirmatur ex D. Thoma 2. 2. qu. 44. art. 1. ubi sic dicitur: Præceptum importat rationem debiti. In tantum ergo aliquod cadit sub præcepto, in quantum habet rationem debiti. Est autem aliquod debitum dupliciter, uno modo per se, alio modo per aliud. Per se quidem debitum est in unaquequoque negotio id quod est finis; quia habet rationem per se boni: propter aliud autem est debitum id quod ordinatur ad finem; sicut medicus pro se debitum est ut sanet; propter aliud autem, ut medicum det ad sanandum. Finis autem spiritualis vite est ut homo uniatur Deo, quod fit per caritatem; & ad hoc ordinatur sicut ad finem, omnia que pertinent ad spirituales vite: unde & Apostolus dicit 1. ad Timoth. 1. Finis præcepti est caritas de corde puro; & conscientia bona, & fide non ficta. In quolibet autem genere id quod est per se, potius est eo quod propter aliud: & idem maximum præceptum est de caritate, ut dicitur Matth. 22. Ergo juxta D. Thomam, tantum abest quod præceptum caritatis indirecte solum & ratione alterius obliget, ut ait Tamburinus, quin potius illud tantum obligat per se, & tamquam finis omnium aliorum, alia vero solum per accidens, sive propter aliud, in quantum scilicet ad præceptum caritatis, sicut media ad finem ordinantur. Unde ibidem subdit S. Doctor, post verba ex Apostolo relata: Omnes virtutes, de quarum actibus dantur præcepta, ordinantur vel ad purificandum cor a turbationibus passionum, sicut virtutes que sunt circa passionem: vel saltem ad habendam bonam conscientiam; sicut virtutes que sunt circa operationem ad divinum cultum. Et hæc tria requiruntur ad diligendum Deum: nam cor impurum a Dei dilectione abstrahitur propter passionem inclinantem ad terrena: conscientia vero mala facit horrere deumnam justitiam propter timorem peccati: sicut autem fides, trahit affectum in id quod de Deo fingitur, separans a Dei veritate.

109 Confirmatur amplius: Ex assertione illa Tamburini manifeste sequitur, quod homo non teneatur unquam per totam vitam suam elicere actum amoris Dei, cum fieri possit ut nunquam desit impio via se justificandi per Sacramentum penitentia. Unde hæc assertio coincidit cum illa, quam Academia Lovanensis ad requisitionem Episcopi Gandavensis proscriptit: In rigore loquendo videtur, quod homo non teneatur unquam per totam vitam suam elicere actum amoris Dei.

VIII.

110 Certum est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis; non esse licitum sine causa, licitum esse cum causa (b). Tamburinus lib. 3. cap. 3. §. 2. n. 1. De prima parte hujus assertionis nulla est difficultas; cum certum sit nullo omnino juramento uti licitum esse sine causa. Unde Augustinus lib. 1. de serm. Domini in monte cap. 8. sic ait: Qui intelligit non in bonis, sed in necessariis jurationem habendam, refrenet se quantum potest, ut non ea utatur, nisi necessitate. Item D. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 2. in corp. Juramentum (inquit) non est bonum, nisi ei qui bene utitur juramento: ad bonum autem usum juramenti duo requiruntur, primo quidem quod aliquis non leviter, sed ex necessaria causa, & discrete juret. Cui consonat illud Hieronymi in cap. 4. Hieremias: Jusjurandum hoc habet comites, veritatem, iudicium atque justitiam: si ista deserviant, nequaquam erit juramentum, sed perjurium.

(a) Hæc propositio damnata fuit ab Innoc. XI. (b) Hæc propositio damnata fuit ab Innoc. XI.

Secunda vero pars, qua Tamburinus asserit, licitum esse cum causa jurare sine animo jurandi, non solum certa non est, ut ipse ait, sed nec etiam probabilis: Quia jurare sine animo jurandi, est intrinsece & de se malum: Sed ea que sunt de se & ab intrinseco mala, nulla causa, aut bona intentione, honestari possunt & fieri licita, cum non sint facienda mala, sive ut eveniant bona, sive ut vitentur mala, sicut in tract. de moralitate actuum humanorum, disp. 6. art. 1. §. 2. ostensum est: Ergo ob nullam causam licitum est jurare sine animo jurandi.

Major est certa, Minor vero multipliciter suadet. Primo quia jurare exterius fidei, sine animo jurandi, mendacium est, ut de se patet: Sed mendacium est de se & ab intrinseco malum, ut docet S. Thomas 2. 2. qu. 110. art. 3. & patet ex cap. super eo de usuris, ubi Alexander III. respondens Panormitano Episcopo ait: Scriptura sacra prohibet pro alterius vita mentiri. Idem docet Eusebius lib. 6. prepar. Evang. cap. 3. his verbis: Mortalem hominem, cui aliqua cura viciatis sit, nulla ratione cogi posse ut mentiaris, non dubitabis. Nam si etiam verbera & cedem minaboris, non dubitabis exclamare: Ensem acue, ignem adferas, corpus meum incidas, totum cremato: stella in terram prius descendens, & terra in celum ascendet, quam solus a me quidquam audias: Ergo jurare exterius fidei, & absque animo jurandi, de se & ab intrinseco malum est. Secundum probatur eadem Minor: Assumere nomen Dei in vanum, est ex se & ab intrinseco malum. Sed qui jurat exterius, sine animo jurandi, nomen Dei assumit in vanum, cum non assumat illud ad confirmandum veritatem, sed ad decipiendum; & nihil magis sit vanum, quam fallacia & decipio: Ergo &c.

Tertio: Exterius dicere verba blasphemie in Deum, etiam si dicantur sine intentione blasphemandi, sed ex metu, vel vana ostentatione, est intrinsece malum, & peccatum mortale, quia de se tendit in gravem injuriam & inhonoratorem Dei: Ergo similiter adducere Deum exterius ad testificandum fallum, est de se & ab intrinseco malum, & peccatum mortale, quia pariter de se est gravis irreverentia Dei.

Quarto: Quædammodum exterior cultus idolorum sine animo colendi (quod Marcellinus fecerat egisse) peccatum est mortale, quia applicatur cultus cui non debetur: Ita & illud testimonium: Deus est mihi testis, quod est actus religiosus, applicare mendacis, est irreverentia mortalis, ut dicitur Cajetanus apud Sotum libro de Justitia qu. 1. art. 7.

Denique ut ait Suarez lib. 3. de juramento c. 19. n. 2. Talis modus jurandi est valde contrarius principali fini juramenti, qui est firmare humanam societatem & verba; nam ex defectu hujus interni intentionis jurandi, nullum videtur generari officia juramenti: unde nisi teneatur homines gravi obligatione ad habendam talem intentionem cum jurant, proflus evanescit juramenti fructus & securitas. Est ergo hæc gravis obligatio, nata ex intrinseca ratione juramenti, & reverentia Deo debita; & ideo ejus transgressio est ex suo genere grave peccatum.

IX.

In die festa per duas horas vacare servilibus, non est peccatum mortale, quia modicum tempus judicatur avarum horarum spatium, comparatione viginti quatuor horarum. Unde si bonus quispiam habens duodecim servos, injungat eis laborem integri diei, assignando singulis duas horas successivæ ac divisivæ, non peccat mortaliter.

Pro hac etiam assertione referent Sennichius §. 400. Tamburinum, illamque quoad secundam partem, de qua præcipue est difficultas, egregie hoc discursu confutat. Cum juxta veridicam Augustini Doctrinam Saulus Stephanum eorum manibus lapidatus censetur, quorum vestimenta servabat, ut expeditus lapidarent; quis non videat potiori jure herum illum toto die festo serviliter laborare, cujus jussu tot famuli, divisis inter se horis, toto die serviliter laborant? Neque enim minus, sed longe profecto magis cooperantur operantibus, qui herili auctoritate laborem indicit, quam qui laborantium vestimenta custodit, vel alia expedite laborandi impedimenta dumtaxat remouet: etenim inter cooperandi modos primus omnium recensetur jussio.

Confirmatur: Si quis mandaret diversis famulis modicum quid furari & singulis templis unius provincie vel regni, procul dubio peccaret mortaliter, non solum in genere furti, & sacrilegii, si illa minuta singulorum furti notabilem quantitatem faceret per partes surreptam confiant: Cur ergo non peccet mortaliter, qui similiter diversis famulis injungit, ut singuli modicum partem temporis Deo consecrati profanent, quando omnes ille partes in unum collectæ, notabile temporis facerent spatium constant? Sicut enim res permanentes subtrahuntur profanis usibus, & deputantur divino cultui per rituales consecrationem, ita & tempus per festivitatis indicationem,

§. III.

Alia probabilitatum monstra confutantur.

114 Annulus, qui submisit humoris scienter adjuvat herum suum, ascendente per fenestram ad suprandam virginem, & multatius eidem infero, deserendo scalam, sperando januam, aut, quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu, utabilis detrimenti, puta ne a domino male tractetur; ne torvis oculis aspicatur, ne domo expellatur. Castro Palao, Herula, Hurtado, & alii apud Dianam: quibus subscribit Tamburinus lib. 5. cap. 1. §. 4. num. 19.

Hanc assertionem jure merito Mercorus noster 3. p. libri supra citati, artic. 9. judicat omnino improbabilem. Primo quia si famulus in hujusmodi casibus non peccaret, etiam inculpabiliter posset cooperari in his que proxime inferunt homicidium, aut furto perpetrando a suo hero, quod nullus admittit.

115 Secundo: Vel cooperari ad stuprum, est intrinsece malum, vel non? Si non: Ergo etiam non timeretur de damno, famulus posset stupro cooperari: Si vero est intrinsece malum, neque id licite potest, etiam si mors immineat, ea enim que sunt intrinsece mala, ex nullo bono sine honestari possunt.

116 Addit Mercorus, mirum esse quod Recentiores illi teneant hanc sententiam, & nihilominus rejiciant doctrinam Thomistarum, afferentiam Deum ut primam causam, & motorem ac provisorum generalium, motione physica ad substantiam & entitatem actionis male concurrere, absque eo quod concurrat ad deformitatem, que et ex cooperatione causæ secundæ accidit: si enim hoc negant de Deo omnipotentis, & causæ primæ & universalissimæ, quare id de famulo, seu de causâ secundâ & particulari concedunt? Certe cum concursus causæ secundæ non sit practivus, nec ita universalis, sicut concursus causæ primæ, si iste non possit attingere substantiam & entitatem actus mali, absque eo quod se extendat ad ejus malitiam & deformitatem, a fortiori nec ille id prestare poterit.

II.

117 Licet procurare abortum ante animationem factus, ut consultatur vita vel honoris paella. Egilidus Trullench in præcepto Decal. tom. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 4. & alii quatuor relati a Salmanticensibus tract. de peccatis disp. 10. dub. 6. §. 3. num. 223.

Oppositum docent omnes alii Theologi & Casuiste, existimantes hujusmodi abortum quinto illo Decalogi præcepto, Non occides, prohiberi. Quamvis enim in rigore physico non sit homicidium, eo quod infans fetus non sit complete homo, morali tamen assimilatione censetur homicidium, & ad illud reductivè pertinet, quia per illum hominis futuri natiuitas impeditur. Unde sicut is, qui non quidem alienum tollit, sed tamen alium impedit, ne dicitur, aut lucrum faciat, quamvis proprie non furetur, peccat tamen contra septimum præceptum Decalogi; ita qui futurum hominem impedit, licet non proprie occidat, peccat tamen contra quintum Decalogi præceptum, & committit aliquam speciem homicidii, ut passim docent SS. Patres, relati a Joanne Sinichio libro supra citato §. 417. Tertullianus enim in Apolog. cap. 9. sic ait: Nobis homicidium semel interdicit, etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, distolere non licet. Hermicidii scilicet infans non debet nasci: nec refert natam quis eripias animam, aut nascentem distulberet: homo est & qui est futurus, & fructus omnis jam in semine est. Item Minutius Felix in Octavio: Sicut (inquit) mulieres que in istis visceribus, matricumque epas, originem futuri hominis extinguunt & parricidium faciunt antequam partant. Similia habet D. Ambrosius lib. 5. in Hexam. cap. 18. ubi medicamina illa, quibus abortus procuratur, Parricidii facies appellat: per hoc immens, feminas eis utentes, parricidii crimine innotet. Cui subscribens Augustinus serm. 244. de tempore, sic ait: Muller que fecerit hoc, per quod jam non possit concipere, quantumvis parvum poterit, tantorum homicidiorum rem se esse cogitet. Denique D. Hieronymus Epist. ad. cap. 5. Nonnulla (inquit) cum se feminæ conceptis de solere, abortus venena meditantur, & necdum nati hominis homicidium faciunt, & frequenter etiam ipse commorant, trimum trimum res ad inferos perducuntur, homicidii sui, Christi adultera, necdum nati filii parricide. Unde in Acteyano extat Canon. 21. de hujusmodi fœtibus ita disponens: De mulieribus que fornicantur, & parvas suos necant; sed & de his que agunt secum uti utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio est, neque ad exitum vite eas ab Ecclesia renovari: inhumanis autem nunc definitio, ut eis decem annorum tempus penitentia tribuantur. Ex quo plane apparet, quantopere Ecclesia primitiva horrendum procurandæ abortionis scelus

detestata fuerit, cui tam gravem, tamque diuturnam potentiam inflixit. Facillat ergo impia illa assertio: Licet procurare abortum ante animationem factus, ut consultetur honoris paella, usque viveat infamia. Profecto enim, si infamia periculum ad tale facinus licite perpetrandum sufficeret, vix ulla unquam abortionis procuratrix culpari posset, cum vix unquam infamia periculum possit abesse.

III.

Concubinarius non tenetur pellere demo concubinam, sed polliceri solum, se deinceps cum ea non peccaturum; quando ea relicta vitam transigeret tristis (a). Joannes Sancius in select. disp. 10. num. 20. apud Dianam 5. p. tract. 19. resol. 108. ubi sic loquitur: Si concubina nimis utilis esse ad oblectamentum concubinarii, vulgo REGALO, dum deficiente illa, nimis egre ageret vitam, & alia epula radio magno afferent concubinarium, & alia famula ad id nimis difficile inveniretur, ejicere illam non erit concubinarius obligandus; quia oblectamentum dicitur circumstantiis considerandum, est majoris estimationis, quam quodcumque bonum temporale, ob quod fas erit de novo admittere feminam ad sui famulatum, quantumcumque METUAT LABENDI PERICULUM, si aliam non inveniat paræ qualitatis illi in rebus, qua sibi sunt maxime utiles: si enim ea hanc causam, jam receptam, expellere non constringitur, eodem jure admittere illam erit concessum.

Hæc assertio, ut recte ajunt Doctores Lovanenses, 118 sicuti Epicureorum placitis videtur consona, ita & Christianorum regulis censetur adversa. Nonne enim ingens est commodum, habere integrum corpus, oculis, manibus, pedibusque instructum; ingenisque incommodum, habere mutilatum & truncatum? Et tamen Magister Christus, eum perhibet consentire in scandalum, qui non eruit, aut abscondit abs se oculum, manum, aut pedem scandalizantem; hoc est (ut explicant SS. Patres) qui non solum ac non secludit res omnes aut personas animæ ruinæ & occasionem peccandi ipsi præbentes, quales præcipue sunt meretrices & concubina: juxta illud Proverb. 6. Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta ejus non ardeant? aut ambulare super penas, ut non comburantur plantæ ejus? sic qui ingrediatur ad mulierem, non erit mundus cum vestigerit eam. Unde SS. Patres frequenter admonent, cetera vitia resistendo, libidinem vero fugiendo superari, juxta illud Apolloli 1. ad Corinth. 6. Fugite fornicationem. Quæ verba exponens S. Thomas ibidem sect. 3. sic ait: Cetera vitia vincuntur resistendo, quia quanto magis homo particularia considerat, & trahit, tanto minus in eis invenit unde delectetur, sed unde magis anxietur. Sed vitium fornicationis non vincitur resistendo, quia quanto magis ibi homo cogitat particularia, tanto magis incenditur; sed vincitur fugiendo, id est resistit vitando cogitatione immunda, et qualescunque occasiones. Quæ ergo fronte & audacia audeat asserere Sancius, hominem non teneri ejicere concubinam, immo posse illam de novo admittere ad sui famulatum, quantumcumque METUAT LABENDI PERICULUM, si absque illa vitam transigeret tristis & epula ab aliis preparata radio ipsum afferent. Certe hæc verba ab auditu fidelium sunt procul arcenda; sicut & ista assertio; quam nuper Innocentius XI. ut perniciosam & scandalosam damnavit: Licetum est quædam directa occasione proximam peccandi, pro bono spirituali, aut temporalis, nostro, vel proximi. Audiendum potius prudens illud Augulini consilium: Contra libidinis impetum apprehende fugam, si vis habere victoriam.

IV.

Copula cum conjugata, confessione marito, non est adulterium, adeoque sufficit in confessione dicere se esse fornicatum (b).

Hæc assertio, quam novi quidam Casuiste docent, est ordine tertii ex septemdecim quas anno 1653. ad instantiam Archiepiscopi Mechliniensis Lovanensis Academia censuravit, atque ut falsam & erroneam proscriptit; hujusque censura veritas & æquitas patet ex verbis illi Apolloli ad Roman. 7. Quæ sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est a lege viri. Igitur vivente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Ubi clare Apollolus nihil amplius exigit ad hoc ut mulier alteri mixta, dicatur adultera, quam ut vivat vir ejus: vivit autem vir qui confentit in copulam suæ uxoris cum alio: Ergo talis uxor ex Apolloli doctrina debet dici adultera, ejuisque copula adulterium.

Id etiam ex ipsa nominis significatione patet: nam ut ait D. Thomas 2. 2. q. 154. art. 8. adulterium, sicut ipsum nomen sonat, est accessus ad alienum thorum. Sola ergo æquitas thori attendenda est, quando de adulterio quaeritur.

M 4

(a) Hæc propositio damnata fuit ab Alexandro VIII. die 18. Martii anni 1666. (b) Hæc propositio damnata fuit ab Innoc. XI.

proponitur: unde cum maritus suo consensu non possit...

122 Ad hoc assertorem Gnosticorum flagitia a labe adulterii excusare...

V.

123 Comedere in bibere usque ad saturationem, absque necessitate...

Falsitas hujus assertionis constat ex principiis in tractatu de moralitate actuum humanorum...

124 Id ipsum magisterio nature instructus, & solo rationis lumine illustratus...

125 Ex his confutata manet alia Joannis Sanci assertio, qua docet disp. 23. n. 25. finem saltem delectationis in conjugatis...

(a) Hec propositio damnata fuit ab Innoc. XI. (b) Hec propositio damnata fuit ab Innoc. XI.

individui conservationem spectantes, ob solam delectationem, tanquam propter finem elicere, etiam peccatum, saltem veniale, erit in conjugatis...

VI.

Leges jejunii solvitur qui se ad insequendam amicum, vel quocumque labore illicito fatigavit...

Hec assertio est aperte falsa: licet enim qui sua culpa in morbum incidit, durante agitudine, non teneatur jejunare...

Ex his confutata manet alia Filicij assertio, qua tenet Eusebio tract. 1. exam. 13. cap. 3. assertit, Eum qui dormire nequit...

Plures alie sunt circa jejunandi preceptum novorum Casuistarum laxitates, quas recensere sufficere: ille enim adeo absurde sunt...

In primis Tamburinus, inter novos laxitates patrones celeberrimus lib. 4. cap. 5. §. 1. num. 16. ait: probabile esse saginem inter latitudinem numerum, acque adeo posse recipi in jejunio...

Non tenetur quis sub pauca peccati mortalis restituere quod ablatum est per personam suam, quantumcumque sit magna summa totalis...

quodlibet, qui vivit in Ecclesia Romana qui renascatur obsequere jejunia? Volo non ferre, sed scire erudi.

VII.

Qui alium movet aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, ut g. ad domum ejus aut segetem incendendam...

Hujus assertionis falsitas patet ex Gregorio IX. cap. si culpa sit de injuria & damno dato, ubi ait: si culpa tua factum est damnum...

Confirmatur ex D. Thoma 2. 2. q. 62. art. 7. sic dicente: Quicquid est causa iniusta acceptio, teneatur ad restitutionem...

Justo, consilium, consensus, pallo, recursus: Participans, minus non obstat, non manifestans.

Quintimo idem S. Doctor ibidem in solutione ad 2. aperte docet ad restitutionem principialis teneri iustorem...

Confirmatur amplius: Idem S. Doctor ibidem quest. 71. art. 3. docet, quod quia Advocatus & auxiliium, & consilium presas est...

VIII.

Non tenetur quis sub pauca peccati mortalis restituere quod ablatum est per personam suam, quantumcumque sit magna summa totalis...

Hanc assertionem, quam etiam, ad instantiam Archiepiscopi Mechliniensis, Academia Lovaniensis reprobavit...

(a) Hec propositio damnata fuit ab Innocentio XI. (b) Hec propositio damnata fuit ab Innocentio XI.

alteri debitam, ac eandem uno actu auferre: si ergo hoc postremum ipsis etiam laxioribus intentibus, sit peccatum mortale...

Nec retinet quod singula minute ablationes forte fuerint peccata duntaxat venialia; quia restituendi obligatio, non ex solo acceptationis titulo...

IX.

Preceptum servandi festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si ab his contemptis. Hinc assertio, quam facultas Theologica Lovaniensis...

Oppositum communiter docent Theologi cum S. Thoma 1. 2. q. 96. art. 4. sic dicente: Leges humanitatis postea, si iusta sint...

Idem docet Bellarminus specialiter de precepto Ecclesiastico observandi festa, lib. 3. de cultu Sanctorum c. 20. ubi sic dicitur: Jure divino precipitur, ut aliqui dies festi observentur...

X.

Satisfacit precepto Ecclesie de audiendo sacro, qui duas ejus partes, immo quatuor simul a diversis celebrantibus audit. Hicobar tract. exam. t. 1. n. 73. editionis Lugd. anni 1647.

Ubi obiter notandum cum Sinnichio §. 399. novos Casuistas, & laxitatum patronos, pedetentim processisse in pejus: cum enim pridem aliqui docuissent satisfieri precepto audiendi Missam...

(c) Hec propositio damnata fuit ab Innocentio XI. (d) Hec propositio damnata fuit ab Innocentio XI.